

www.e-rara.ch

Ludovici Masurii Nervii poemata

Des Masures, Louis

Basileae, 1574

Universitätsbibliothek Basel

Persistent Link: <https://doi.org/10.3931/e-rara-235>

Odae

www.e-rara.ch

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

Nutzungsbedingungen Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

Terms of Use This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

Conditions d'utilisation Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

Condizioni di utilizzo Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

O D Æ.

Pœnitentis.

O D E I.



Vincta qui nutu moderatur, alta
 Mitibus clemens oculis ab arce
 Vidit obliquo Pater euagantem
 Tramite natum,

Feruet vt spreti dolor in parentis
 Corde. sic ira grauiore motus
 Corripit natum genitor petentem
 Deuia cursu,

Nec parem errori meritisq; pœnam
 Sumpsit, at casum leuiore plaga
 Filium blandè monuit, pioq;
 Indulfit amori.

Sic ouis latas vbi sola syluas
 Et grege & caulis peragrat relictis,
 Pastor errantem videt à remoti
 Vertice saxi,

Rupe de celsa ruit, & coactum
 Deserit solis pecus omne campis:
 Hinc ouem gaudens humeris relatans
 Reddit ouili.

Sensit vltricem genitoris iram
 Natus, & vultu lacrymis madenti,
 Vt sui quondam puer & paterni
 Prodigus aris,

L V D. M A S V R I I I

Hic Deum votis onerat, manusq;
Tendit excelfo duplices olympos,
Ac suum supplex humili precatur
Voce parentem.

Tu Pater pœnas (ego quid parentis
Nomen appello?) meritò rependis.
Novit admissum scelus omnis altis
Incola cali.

Cuncta prodegi miser, at reuertor
Vnde diffugi: sine me recondi
Transugas inter famulos, & atro
Stigmate dignos.

Haud tuus dudum mercor vocari
Filius: verùm cruce dignus oro
Inter abiectos aliqua tuorum
Parte reponar.

Gaudium sancto lacrymas Parentis
Dulce commouit: veniamq; nato
Aequus oranti Pater, & paternas
Annuat ades.

Sic pia nati prece pœnitentis
Motus, admissum gremio manuq;
Fouit, ac spissis gelidæ reduxit
Mortis ab umbris.

Redde me scuis Deus à ferarum
Faucibus tutum, mediumq; septis
Contine, certo simul orbe pressos
Dirige gressus.

Somnium

Somnium.

O D E I I.

Heu quantis agitant equora fluctibus
 Flans Auster violens, & celer Africanus:
 Heu quàm saevit hyems, aëlaq; concito
 Insurgunt freta turbine:
 Penè heu puppis aquis obruta deficit,
 Et strident validis transtra rudentibus.
 Cedunt vela notis, & scopulis ruunt
 Immersos vada remiges.
 Quassatam astiteram, commiserans ratem,
 Et largo duplices imbre madens genas
 Mœrebam: at stabiles interea polos
 Nox caligine texerat.
 Nondum aurora suas axe reduxerat
 Matutina faces, hæc fugientia
 Quum celfo veniens æthere nuntius
 Portabat mihi somnia.
 Spectanti tumidis feruere fluctibus
 Pontum, igniq; polos fulgere fulminum,
 Iactatamq; premi naufragio ratem,
 Index aliger astitit.
 Hi, quos cernis, ait, nauigio vehi,
 Iactariq; vadis, hi pia pectora,
 Hæc ipsa est hominum, quos Deus æthere
 Spectat, turba fidelium.
 At Romana furens exciit horridos
 Immani meretrix Aeolia notos,

L V D. M A S V R I I

Et mundi (colit hanc mundus) inhospita
Immensi freta miscuit.

Eurus flans Italos mittit, Ibera gens
Fertur pulsa Noto, Gallica concitat
Corus castra ruens: trabs ita mergitur
Ventis acta furentibus.

At quaecunq; ratem fluctibus asperis
Tempestas agitet, non adeo vadis
Illisam feriet, quin ea littus ad
Vicinum leuis enatet.

Quos alto exanimes gurgite conspicias
Iactari, stabili navis eos fide
Gestavit vacuos, inde sed horrifera
Insidos Aquilo tulit.

Quorum autem vegetat pectora feruido
Viuens igne fides, hi, trabe quamlibet
Vectentur lacera, per freta turgidis
Submergi nequeunt aquis.

Viuos seruat enim qui mare, qui notos,
Qui celum omne regit, lata per aequora
Immenso miserans qui Pater extulit
Saluum diluuiio Noam.

Ille inter tenebras aeris, aureum
Iactatis aperit sidus, & obuium,
Christo, qui iubar est, auspice, naufragos
Ad portum vocat aduenas.

Celum est qui petitur portus, vbi aequoris
Emensis requies vna laboribus.

Celo parta piis illa, neq; hos fugit
Christo qui duce navigant.

Coniur.

Coniurata furens æstus, & impia
 Vrgentem immeritos auferet agmina,
 Insanis meretrix obruta fluctibus
 Infamesq; ruent proci.

Spes ingens animos his super erigit
 Solaturq; pios, qui validissimo
 Inuictam vnanimis corde gerunt fidem.

Hæc tu mente reponito.

Interpres placidè sic vbi nuntius
 Affatus medio compositum toro est,
 Alis se paribus sustulit, & leuis
 Celsum fugit in æthera.

Sic non pauca parans & cupidus loqui
 Confestim aligero linquor ab hospite.
 Vnà somnus abit. Lucifer interim

Auroram vocat emicans.

Tum, qui iam tumidi rebar ad æquoris
 Me pulsata gradum sistere littora,
 Molli membra toro languida deiici

Tandem comperio vigil.

Consurgo, & rutilum iustitiæ iubar
 Summissus veneror. Nate Deo Deus,
 O' inuicte tuis dux ades, emica,

Affulgeq; salutifer.

O' exurge potens vltor in impios,
 Oppressamq; vagis vndiq; fluctibus
 Tuto siste ratem littore, fulgeat

Nullò vt sine tuum decus.

L V D. M A S V R I I

Accepta nuper graui clade ECCLESIA,
nunc rursus ab hostibus in arctum coacta,
cum DEO exoptulans indu-
citur.

O D E I I I.

ECCL. **Q**Uur à te, Deus, impiis
Sæuorū manibus dedimur hostiū?

Tu'ne arx alta clientibus
Vallum, præsidium, murus æthereus?

D. Menti certa piæ salus,
Et rupes animæ sum stabilis tuæ.

Hec æterna manet fides,
Ne victrice cadas exanimis manu.

E C. At inter iuga montium
Hostili premimur qualibet agmine.

Vix inuicta prius queunt
Certare inualidis pectora viribus.

D. Ciuilem Dauidem manu
Dum Saulus tetrici per iuga Maonis

Insectatur, opem fero,
Adductis in eos hostibus exteris.

E C. Illinc saxa minantia
Atq; hinc verticibus desuper imminent

Tergum tela, balaricæ,
Frontem vrget cuneus lethifer hostium.

D. Gens Hebræa Pharon sequi
Vidit, seq; premi rupibus arduis,

Tum vaste ante pedes aquæ,
En fit sicca palus, & mare peruium.

E C. At

- E C. At nostrum bona vinculis
 Pars astricta gemit: ceditur ensibus:
 Sannis excipimur pijs.
 Sic prestat ne datam, qui Deus es, fidem?
- D. Quos sic mors prior abstulit,
 Hos aeterna fouet vita, decus, vigor.
 Rex illis datur, auspice
 Quo viuunt, vt eo vindice glorier.
- E C. Ab quam teter inhospitis
 Fætor carceribus, vincula, compedes
 Torquent immeritos diu?
 Nanq; immane furens hostis amat scelus.
- D. Lustris quattuor & decem
 Crudei Babylon vsa tyrannide est
 In sanctos Abrahamidas.
 Soluere at reduces vota simul Deo.
- E C. At defendere debili
 Pubes lecta virum se parat aggere.
 Cernit castra ruentia
 In sese, & gelido corda labant metu.
- D. Iudæum Assyrius manu
 Oppressit valida miles at aliger
 Bis centum citius abstulit,
 Paucis forte minus, millia militum.
- E C. Laus aeterna sit optimo,
 Quam celum omne patet, terra, fretum, Deo.
 Nos ille eripit hostibus,
 Et natos patria mente fouet pios.

L V D. M A S V R I I.

*Aequum se Deus in suos
Præbet, dura quibus crimina contegit.
Nobis ipse parens Deus.
Nos illi populus, nos proprium genus.*

Extollitur eorum fœlicitas, qui quanquam
innumeris malis agitati, in domo Dei ta-
men continenter degunt, quòd nimirum
Deus ipse, qui vulnerat, afflictis tandem
opem fert, & vulneribus me-
detur.

O D E I I I I.

O ille quanto perfruitur bono
Sacram Parentis sedulus optimi
Qui servat adem, nec paratas
Desinit ingeminare laudes!
Spernit frementes intrepidus lupos,
Densumq; clausis agnus ouilibus
Vellus tuetur, quem benigno
Servat amore, fouetq; pastor.
Non ille pietas effigies colit,
Nec vana Diuum numina suspicit,
Nec ture lentum dat sabæo
Naribus iliceis odorem.
Aeternus altum qui Deus æthera,
Latasq; terras, & mare condidit,
Illi vnus æternum parens est,
Præsidium, decus, umbra, teclum.

Vnum ille supplex, vt decet, ad Deum

Tendit supinas assiduè manus,

Stratusq; solennes ad aras

Pro meritis pia vota soluit.

Incomparandis interea malis

Durifq; pectus fortè periculis

Exercitatur, nec labores

Vlla dies agit irremissos.

At quam experitur filius optimi

Illam esse dextram commemorat Patris,

Certaq; spe solatur egram

Inter amara pericla mentem.

Tandem eger ipsis eripitur malis,

Victorq; surgens exilit, & manus,

Quam conquerebatur cruentam,

Sentit opem patrie benignam.

sanctus piarum sic tribuum parens

sacra eade summi constitit vt Dei,

Congressus insigni parauit

Nomen honorificum palestra.

Nam robur à quo pectoribus venit,

Qua vinceretur vim dedit hospiti.

Hac ad Deum spe cum Deo cor

Bella gerens violenta surgit,

O cuius in nos, alme Pater, manum

Duram experimur, suggere corpori

Certamen ad tantum imparato,

Magna quibus ferat arma, vires.

Septis amatas interea tuis

Claude, & reductas Pastor oue: habe.

L V D. M A S V R I I

*Pastoris ille indefinenter
Voce salutifera fruantur.*

*Da, filiorum qui Pater es, manu
Lasciuientes dum premis aspera,
Clamemus ad te, nec precantes
Destituat tua cura natos.*

*Audi precantes, ô Pater, & malis,
Qui vulnus adfers, eripe saucios,
Te cœtus vt grato piorum
Atq; tuas canat ore laudes.*

*In ingratos aduersum bonorum omnium
largitorem Deum.*

O D E. V.

*Q*uisquis acceptis homo pernegarit
Gratiam donis, habeatur inter
Vanus insanos, hominum nec equa
Sorte fruatur.

*Iura dum Sparta nona conderentur,
Haud in ingratos habuere latas
Iudici leges habitata forti
Regna Lycurgo.*

*Neminem quippe est ratum inueniri
Censor ingratum, nisi si quod ipsi
Triste naturæ daret orcus ater
Cernere monstrum.*

*Ipsè qui terras, & aquis inundans
Aequor, & summos Deus efficaci*

Condedit celos, & amœna latè
Sidera verbo,

Qui bonis omnes alit, ornat, implet,
Filiis (ehew) Pater experitur
Aequus ingratos, queriturq; iniqua
Mente rebelles.

Audiat celum scelus, atq; apertam
Præbeat terræ simul orbis aurem.
Hæc enim æternus loquitur polorum
Verba creator.

Paret æterno facilis Parenti
Terra, se cuius mouet æthra nutu:
Audiunt altam vaga, ne vagentur,
Aequora vocem.

Surdior vastis homo solus undis
Spernit accepti meminisse, dignas
Nec Deo, spectans meliora, curat
Soluere grates.

Sic vbi crebra quatiuntur agri
Grandine, & longos agit imber amnes,
Intonat celum, rutiloq; rumpit
Fulmine nimbos,

Se via prensus media viator
Proripit, læuo patulamq; cursu
Tendit ad quercum, tegiturq; ramis
Tutus opacis.

Splendet hinc nimbis vbi sol fugatis,
Pergit ingratus, neq; derelictam
Respicit quercum, modo cui per imbres
Nixus inhaesit,

L V D. M A S V R I I

Sic & ægeis vbi fertur vndis
 Et fero motos Aquilone fluctus
 Horret, optato pavidus potitur
 Navita portu.

Lata sed tandem freta dum quierunt
 Vela dans altum trabe sulcat æquor,
 Quærit & portus alios, amice
 Immemor oræ.

Talis, & veræ pietatis expers
 Prorsus es, quisquis prece surda passim
 Atq; odorato simulachra Divûm
 Ture fatigas.

Talis ô & qui tua facta magno
 Tollis ad cælum memorasq; fastu,
 Ingeni fidas animiq; largus
 Dicere laudes.

Leta cui pinguem seges ornat agrum,
 Arte cum certa nimium laborem,
 Et finum, & rastros, & aratra durus
 Laudat arator.

Confitam mira colit arte vitem,
 Vinaq; impenso tribuit labori,
 Pampinum curvæ gravidasq; falci
 Vinitor vuas.

Nec vigil vitem teneram putator
 Qui colit, nec qui serit arva messor
 Proderit quicquam, studium Pater ni
 Spectet Olympo.

Viuit eternum Deus, & beatam
 Respicit vultu miserante prolem.

*Surgit illorum labor, aſt habetur
Gratia celo.*

*Optimo ſit laus & honor Parenti,
Qui dat optatam ſegetem labori.
Sic piis, ô Rex bone, ſemper æquus.
Annue votis.*

Mensæ benedictio.

O D E VI.

*L*arga qui terra genitor feracis
Languida præbes alimenta carni,
Vinere in nobis animas perenni
Annue verbo,

A menſa gratiarum actio.

O D E VII.

*O*ptimo grates agimus Parenti:
Cuius ô paſſim bona largientis
Alme cæleſti pia corda verbo
Spiritus imple.

*Quid agat in Sammeliano, agello ſuo.
Ad Carolum, Lotharingæ Du-
cem præſtantis.*

O D E VIII.

*O*prima noſtri gloria ſeculi,
Stirps alta regum Carole, qui Ducem

Præbes

L V D. M A S V R I I

Præbes benignum, legibusq;
 Austrasiam moderare gentem.
 Si forte nostros aut iuuat, aut cupis
 Audire lusum, & quid in arduis
 Lucis, & vmbribus, & remotis
 Assiduum rem oretur antris:
 Me blanda curis hic grauioribus
 Nox expeditum mulcet, & aureo
 Quum iungit ortu sol quadrigas,
 Luce noua recreantur artus,
 Meq; inter altas lutea deuium
 Aurora syluas aspicit: hinc leuis
 Obmurmuranti fons susurro
 Sammeliana fatigat arua.
 Circum frequentes cum Satyris chori
 Nympharum, & herbis grata virentibus
 Per strata proiecta, canoris
 Dulce sonant fidibus Camæenæ.
 Illic reducto singula pollice
 Ad verba neruos dum ferit impares
 Clio, humidos riuu per agros
 Continuit fugientis vindam.
 Frondosa celsas ecce cacumina
 Motare quercus, Panaq; cum feris
 Et corpus alterno videres
 In numerum pede ferre Faunos.
 Cantat beato Gallia principe
 Vt stornisset, lætaq; collibus
 Vt vina nec Liber negasset,
 Nec segetem Dea flaua campis.

Vndosa

Vndosa mœsti flumina Sequanæ
 Dein voce pandit: teq; vti funere
 Rex magne Gallorum Valefi
 Merferit atra dies acerbo.
 Ut te cadentem lucus, & arduæ
 Rupes, & amnes, fons quoq; fleuerit
 Bellensis, & quæ illic refulsit
 Barbarico domus omnis auro.
 Ut quæ niuali signa ducum prius
 Candore, & albis lilia floribus
 Explenduiſſent, iam profundo
 Atra gemant ſtupeantq; luctu.
 Ianum inde ſummis regibus editum
 Heroa, claro qui modo murice
 Inceſſit inſignis, nigrantem
 Funereo queritur dolore:
 Curas dolenti mente ſed altius
 Per ſentientem, funus ob vltimum
 Et Regis, & charæ parentis
 Auſtraſio tumulo ſepultæ:
 Nymphasq; paſſis crinibus hinc, canis
 Dilecta Phæbo laurus Apollini
 Pallentis vt vultu colorem
 Induerit miſeranda buxi,
 Laurus triumpho triplicis immemor:
 Et lenta, pignus nobile, ceſſerit
 Ut palma ferali cupreſſo,
 Atq; hedera viduæ corymbis.
 Tum quos amico cunq; parens ſinu
 Fœcunda rates Gallia fouerit

L V D. M A S V R I I

Solatur horrendo per orbem
 Attonitos profugosq; fato.
 Te Sangelasi, Pieridum grauis
 Ardor sororum, te nimio dolet
 Mœrore fractum, & peruagantes
 Saxa fuga salebrofa Nymphas.
 Luges parentem finibus omnibus
 Aureliorum cum duce filio
 Desideratum, quos piorum
 Turba simul gemit agra vatum.
 Mœrente charam Salmonius lyra
 Deslet Gelonin, qualis inania
 Per regna, dulci Orpheus auernas
 Ore mouet miserandus vmbra.
 Felicem amico funere tum canit
 Clio Marotum, quem neq; tam feras
 Vidisse mortes fors tulisset,
 Nec patriæ superesse cladi,
 Nec longiores exilio metus,
 Agros & vrbes quæ Padus alluit,
 Perferre: velox hunc auaro
 Ante diem tulit hora fato.
 His addit, atro portitor vt Charon
 Veclasset illum flumine, cymba q;
 Et nauta, & vnde constitissent,
 Vate nouas feriente chordas.
 At me futuri præscia Pieris
 Casus manentes ordine differit,
 Iamq; imminentes immoranti
 Collibus Austrasiæ supinis.

Restare longis inde laboribus
 Pratenta vastis æquora Syrtibus,
 Fluctusq; prædicat furentes,
 Et laceras Aquilone puppes.
 Dein & niuosis alpibus ardua
 Tentanda cursu commemorat iuga,
 Tybrimq; Romanum, Padumq;
 Et placidas Anienis vndas,
 Aequorq; longè Parthenopeium,
 Et littus alto Trinacriæ mari
 Pulsatum, & horrendam Charybdim
 Illyriciq; fretum profundi,
 Et concitata Danubium fuga
 Qui solis ortus tendit ad aureos,
 Rhenum bicornim, & tot dolori
 Condolitura meo fluente.
 Fleturum acerbo me super omnia
 Ianum cadentem funere nuntiat,
 Et saxa cum syluis, & arua
 Insolito gemitura planctu:
 Implenda mœstis omnia questibus
 Quos æger alto pectore fuderim,
 Nec lumina (insandum) profuso
 Nostra modum positura fletu.
 Te magne Princeps Carole, te mihi
 Tandem adfuturum Musa serenior
 Promittit, altum si valeret
 Longa leuare dies dolorem.
 Te missum Olympo dulce sororibus
 Solamen ipsis, præsidium, decus:

L V D. M A S V R I I

Fauctore passim te canora
 Læta sonanda lyra poetis.
 Iam terra passo me fouet hæc sinu
 Exercitatum finibus exteris
 Orbis pererratu, tenentq;
 Austrasi j reducem Penates.
 Iam iam quieto pectore latior
 Promissa Diuæ comperio rata.
 Vrgente iam cura solutam
 Spe reficis meliore mentem.
 O viue felix, optime Principum.
 Te fata seruent incolumem, cui
 Semper Camænarum patrono
 Dulce Canat mea Musa carmen.

Ad Panagium Hocedium, matris patrue-
 lem, Tullensium Episcopum, virum
 alioqui bonum & doctum, sub
 Ian. Cal. Xenium.

Vix clarus nitido Lucifer æthere
 Surgebat, gelidæ noctis ad exitum,
 Qua nox ante fuit nulla serenior
 Anni frigoribus noui.
 Ales voce vocans excubitor diem,
 Vicino agricolæ de lare pauperis
 Presso rursus ouans ingeminauerat
 Cantus gutture sedulos.
 Sensim pulsa nouo sidera lumini
 Cedebant, & equis plaustra sequentiæ

Voluebat senior proxima carulæ
 Auriga in freta Thethyos.
 Hoc me noctis adhuc tempore Delia,
 Mox tinctura suas Oceano rotas,
 Spectabat vacuum, dum, vapor asperis
 Rupis saltibus arduæ.
 Ecce alto graditur vertice filia
 Summi chara Iouis Pallas, & altius
 Cinctum effert oleæ fronde noua caput,
 Cui Musæ latus occupant,
 Musæ Pierides, Pieridum chorus
 Musarum: his hederæ per varios sinus,
 Doctarum decus & premia frontium,
 Nexas impediunt comas.
 Consedere iugis: nec mora longior,
 Aurora Aonijs læta sororibus
 Addit se sociam, cui rosea Deæ
 Clarum fronte nitet decus.
 Has inter medius Iane bifrons tuo
 Stas mense. hic alius vna silentibus,
 Lesboum feriens pollice barbiton,
 Sic cæpit Polihymnia.
 NON calum aut superos, altæque sidera
 Cantu mens agit at dicere, nec feris
 Mota in calicolas bella gigantibus,
 Ictumq; igne Tiphoea.
 Non vt pulsa metu numina cepit
 Aegyptus, tacitum quum Venus induit
 Piscem, tunc niueo quum latuit Iouis
 Coniux tergoe buculæ.

L V D. M A S V R I I

At te noster amor disparibus modis
 Hocedi canimus, quem pia Naias
 Ad pronum liquidi fluminis alueum
 Scaldæ progenuit suo.
 Te molli puerum gramine Naiades.
 Nascentem & viridi compositum toro
 Dum visunt, tenera tota cohors manu
 Lentam gestat arundinem.
 Viserunt Dryades, grataq; iuncea
 Portarunt calathis dona, coloribus
 Diuersis violas, balsama cum thymo,
 Et flores hyacinthinos.
 Portauere suis perditum amoribus
 Narcissum, & viridem semper amaracum
 Teq; ô quem Veneri trux aper abstulit,
 Et stratum ingemuit Venus.
 Florentem cytisum, candida lilia,
 Et cum pūniceis poma simul rosas:
 Nec non montiuagæ lac tepidum capræ
 Donant munus Oreades.
 Pressos nympha tulit Callirhoe gradus,
 Quâ blando saliens murmure defluit
 Riuis fonte sacro, nulla genu, pedes,
 Os, crines, humeros, sinus.
 At pubem viridi tecta superuenit
 Musco: tum placidos voce refert sonos.
 Phæbo viue puer, viue sororibus
 Pulchri gratus Apollinis.
 Tantum effata, leui contigit osculo
 Infantem, & retulit quâ tulerat gradus.

*Hæ mentes repetunt, hæ gelidum nemus,
Annes Naiadum chorus.*

*Hinc te Scalda pater, te genitrix Pia
Amissam doluit, dum celeri pede
In montes puerum duximus Aonas,
Fontusq; ad vada Pegasi.*

*Te nostras Helicon delicias sonat;
Parnassusq; biceps, & sacer Ismarus,
Queis incisa tenent montibus arborum
Scabri carmina cortices.*

*Hos excelsa tua versiculos manu
Inscriptos tenero Pinus habet libro.*

*M A T R I arbor superum sum sacra: qui legis
Leuo tange solum genu.*

*Corpus tendit agens Pinus in aëra
Crescendo: Zephyri cui quatiunt comas.*

*Et calata leui littera cortice
Crescit, ductaq; tenditur.*

*Pendentem citharam de Iouis arbore
Grate aure feriunt, & tenui sono*

*Implent. hanc Erato quum tibi traderet,
Nostri munus, ait, chori,*

*Nostrum munus habe, quod prius Orpheo
Hoc ipso dedimus Pierides loco:*

*Mulcentem his fidibus vidimus Orpheo
Diuos, saxa, nemus, feras.*

*Ille, docta frequens, dum repetis sacros
Tu montes, cithara carmina personas.*

*Cantantem pariter saepe sub ardua
Circum sedimus ilice.*

L V D. M A S V R I I

At te magna Pales fortè videns agris
 Errantem Austrasiis, admonuit, manus
 Mulcens, arua sequi, letaq; pabula,
 Nunc pratis Dea detinet.

Nunc Pan Arcadiis exiliens iugis
 Tecum inflat calamos, lanigeras ubi
 De saxo pecudes in viridi procul
 Pastor gramine conspicias.

Illic flauus aquis vndiq; fertiles
 Ambit Mosa toros, quacq; lubens rigat,
 Tam crebro sinuans flumina vortice,
 Inuitus loca deserit.

Raucum hic interea murmurat, vt scias
 Quàm te, donec ades, gaudeat hospite,
 Et longè calamis amnis agrestibus.
 Respondens placidus fluit.

Respondent salices amnicolæ, nemus,
 Et qua herba tenerum luxuriat pecus,
 Rupes, quæq; suis, dum queritur, sonis
 Echo saxa repercutit.

Te pascente tuas, prata virent oues.
 Si verò Austrasiæ pabula deferas,
 Et Pan Austrasiæ pabula deserat,
 Mæstos ipsa Pales agros.

Sed nec Mosa suas quàm solet vbere
 Vrna fundat aquas, at liquidum sacro
 Abdat fonte caput, nec vada gramini,
 Nec potum pecori ferat.

Nunc te virginis mons Helicon gemit
 Absentem, redeas: hinc mora sit breuis.

Nec Pan Mœnalius te, neq; gratior
Nobis inuideat Pales.

Horum sit liceat. sit simul & gregis
Felix cura tibi: sed neq; montibus
Te nostris pigeat ferre frequentius
Alternos reducem pedes.

Si quicquam (memori mente nec excidit)
Nostrum dulce fuit, post calamos leues,
Pendentem citharam sume, simul cane
Sub grata Iouis arbore.

Sic, dum prata coles, molle tuum pecus
Nec turpes podagras, nec scabiem ferat.
Sic te Phœbus amet, qui modo laurea
Claram cinctus adest comam.

Et te Phœbus amat, quemq; nouum citis
Annum orditur equis, hunc tibi ducere
Felicem properat, datq; bifrons Deus
Letum letior exigas.

Hæc Musa. ut tacuit sic Polihymnia
Sublimem rapitur Pallas in æera,
Quam Ianus sequitur. Pieridum chorus
Per densum graditur nemus.

Anagrammatismus.

C V R D I V M V S A S V O L V I S .

O D E X .

DAnna cum Musis toties ab ipsis
Læsus immensum tuleris per orbem,

L V D. M A S V R I I
C V R D I V M V S A S *malesanus alto*
P e c t o r e V O L V I S ?

*Cur diu Musas ita mente voluam,
Causa nimirum, nimios quod illa,
Dum premor curis aliunde, pellant
Corde dolores.*

L V D O V I C I
M A S V R I I N E R,
V I I E C L O G A E D V A E.

Ecloga I. Gallus.

F A V S T V L V S. G A L L V S.

G Alle quis Aufrasiis ad eò te finibus a c l u m
C o p u l i t a r u a , p r e c o r , G e r m a n i c a v i s e r e c a s u s ,
M o n t i b u s e r r a r e i n c u l t i s , s p r e t o q ; M o s e l l a
N e c c a r o n v n d o s u m , & R h e n ũ t r a n a r e b i c o r n i m ?
T a n t a n e v i s o d i j , t e n e r o s i m m a n i s v t a g n o s
H a u s e r i t , & m i s e r u m d i s p e r s e r i t h o s t i s o u i l e ,
P a s t o r e m e x p u l e r i t c a u l i s , & t r i s t i a f e r r e
E x i l i a , e x t e r n i s q ; v a g a r i e r e g e r i t h o r i s ?
G. O m n i a (q u a n d o q u i d e r e s p e r c ũ c t a r i s a c e r b a s ,
E t s t u d i u m v a r i o s C a l l i c o g n o s c e r e c a s u s)
E x p e d i a m d i c t i s , & n e p r a e d u r a q u i e t a m
(D u r u s e n i m l a b o r , & l o n g a e s t i n i u r i a) m e n t e m
T a e d i a d i u e x e n t , r e r u m f a s t i g i a t a n g a m .
P r i m a l e n e s a t a s & l o n g o e r r o r e v a g a n t e s

Deuia